



P R Æ F A T I O.

L. B. S.

NUllum ferme seculum hoc, in quo hodie vivimus, portentosarum opinionum fuisse feracius, nemo, qui præteritorum non plane ignarus est, haud difficulter concesserit. Ab eo enim tempore, a quo per Cartesium Rationi integritas asserta fuit, multi eam adeo cæperunt deperire, ut, quibuscunque posthabitis, in cunctis solum ejus dictamen sequi proposuerint, atque ipsi Deo tale quid, quod non satis cum clara & distincta perceptione concordare videbatur, revelanti fascis subdere recusaverint. Sed ulterius progressi sunt: nam id suo Idolo (integræ rationi) ignominiosum reputantes, si circa plurimarum rerum notitiam hærerent, & videntes, id necessario sequi, quandiu earum originem incomprehensibilem faterentur, maluerunt loco veri
* 2 Dei